Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



eat que venit domum vnguento
et extersit pedes eius capillis
suis · cuius frater lazarus infirmabat
Miserunt ergo sorores lo
eius ad eum dicentes domine
quem amas infirmatur · audiens autem
ihesus dixit · infirmitas hec non est ad mortem
sed pro gloria dei · vt glorificetur filius dei per eam
Diligebat autem ihesus martham et sororem eius et lazarum
Cum audisset ergo quia infirmatur tunc quidem
mansit in eodem loco · biduo · Deinde post hoc dixit
discipulis suis · eamus iterum in iudeam · Dicunt ei
discipuli · rabbi nunc querebant te iudei lapidare
et iterum vadis illuc · Respondit ihesus · nonne duodecim
horae sunt diei · si quis ambulat in die non offendit
quia lumen huius mundi videt · Si autem ambulat in nocte
offendit quia lumen non est in eo · Hec cum dixisset
Et post hoc ait eis · lazarus amicus noster dormit sed
vadam vt eum de somno suscitem · Dixerunt ergo
discipuli eius · domine si dormit saluus erit · Dixerat autem
ihesus de morte eius · ipse autem putauerunt quia de
dormitione dicebat · Tunc ergo dixit eis ihesus palam
lazarus mortuus est · Et gaudeo propter vos vt credatis
quia non eram ibi · sed eamus ad eum · Dixit ergo
thomas qui dicitur didymus ad consodales suos
Eamus et nos vt moriamur cum eo · Cum
venisset ergo ihesus inuenit eum iam quatuor
dies habere in monumento · Erat autem
bethania iuxta hierusalem quasi stadiis
xv · Multi autem de iudeis venerant ad martham
et mariam vt consolarentur eas de fratre suo
Martha ergo cum audisset quia ihesus venit
occurrit illi · Maria autem domi sedebat
Dixit ergo martha ad ihesum · domine si fuisses
hic non esset mortuus frater meus · sed et nunc
scio quia quecumque petieris a deo dabit tibi deus
Dicit illi ihesus · resurgat frater tuus · Dicit
illi martha · scio quia resurgat in resurrectione
in nouissimo die · Dixit ihesus · ego sum
resurrectio et vita · qui credit in me · etiam si
mortuus fuerit · viuet · Et omnis qui viuit et credit
in me · non morietur in eternum · Credis hoc
Dicit illi · vtique domine · ego credidi
quia tu es christus filius dei · qui in hunc
mundum venisti · Et cum hec dixisset abiit
et vocauit mariam sororem suam silentio
dicens · magister adest et vocat te · Illa
vt audiuit surgit cito et venit ad eum
Nondum enim venerat ihesus in castellum
sed adhuc erat in loco · ubi occurrerat ei martha
Iudei ergo qui erant cum ea in domo
et consolabantur eam · cum vidissent
mariam quia cito surgit et exit · secuti sunt eam
dicentes · quia vadit ad monumentum vt
ploret ibi · Maria ergo cum venisset
ubi erat ihesus · videns eum cecidit
ei ad pedes · dicens · domine si fuisses
hic non esset mortuus frater meus · Ihesus
ergo vt vidit eam plorantem · et
iudeos qui venerant cum ea · ploantes
infremuit spiritu · et turbauit
seipsum · et dixit · ubi posuistis eum
Dicunt ei · venite et videte · Et
lacrimatus est ihesus · Dixerunt ergo
iudei · ecce quomodo amabat eum
Quidam autem ex ipsis dixerunt · non
hic qui aperuit oculos cecui · facere
vt et hic non moriretur · Ihesus
autem rursum fremens in semetipso
venit ad monumentum · Erat autem
spelunca · et lapis superponebatur
ei · Ait ihesus · tollite lapidem
Dicit ei martha soror eius · domine
iam fetet · quatriduanus enim est
Dicit ei ihesus · nonne dixi tibi
quia si credideris videbis gloriam
dei · Tulerunt ergo lapidem · Ihesus
autem leuauit oculos deorsum · et
ait · pater gratias ago tibi
quia audisti me · Ego autem sciebam
quia semper me audis · sed propter
turbam circumstantem dixi · vt
credant quia tu me misisti · Et
cum hec dixisset · voce magna
clamauit · lazare veni foras · Et
prodiit mortuus · ligatis manibus
et pedibus · et facies illius
sudario ligata · Dicit eis ihesus
solite eum · et sinite eum abire
Crediderunt ergo in eum multi
iudeorum · qui fecerunt
Quidam autem ex ipsis abierunt
ad pharisaeos · et dixerunt
illis · quecumque fecerit ihesus
Congregauerunt ergo pontifices
et pharisaei consilium · et
dixerunt · quid facimus
quia hic homo multa
signa facit · Si
dimittimus eum sic
omnes credent in eum
et venient romani
et tollent nostrum
locum et gentem
Unus autem de ipsis
caiphas nomine · cum
esset pontifex anni
illius · dixit eis
vos nescitis
quid
Cap
Iuit filius mulieris nostris fa
mulatus · et erat languor fortis
simus · ita ut non remaneret
in eo altius · Dixit ergo ad
helyam · quid mi fili vis
ut · ingressus es ad me ut
remedia acuat inigrates mee
et interficiens filium meum an
Lazarus amicus noster dormit ergo
et somno suscitabo eum p Quod
Deus qui ceca habilibus oio
mundum renouas sa
cramentis · precaris · vt ecclia
tua cunctis prouocat in sanctis
et cepalibus nos exhibuat an
Da quesumus omnipotens deus
operibus · vt qui infirmitatem
nostre conscii de tua virtute confi
dimus · subuentu tua sup pietate gaudeamus
Et ait ad eum helyas ad
ca tu filium tuum · tulitque illum
in sinum suum et portauit in
cenaculum ubi ipse manebat · et po
suit super lectum suum et clamauit
Tulit hoc ad
ipsas puer et deposuit eum de
cenaculo in superiorem domum · et
tradidit matri suae · et ait illi · en
vivit filius tuus · dixitque mulier
ad helyam · nunc in hoc cognovi
quia vir dei es tu · et verbum do
mini oris tui verum est · Dum e
nim esses hic lazarus non esset mor
tuus · ecce iam fetet quoniam quatuor
in monumento p qui est sabbato
Illo die dicebat ihesus
iuxta cum nicodemo · Ego sum
lux mundi · Qui sequitur me non